

40

SENTENTIA LATA

IN REGIA AUDIENCIA CAV-

sarum ciuilium,in processu Dionysij Sanchez Muñoz,
super apprehensione in articulo proprietatis , Preside
Illustrissimo D. Ioanne Fernandez ab Heredia Guber-
natore integerrimo sedentibus in ea clarissimis Domi-
nis DD. Luca Perez Manrique ordinario Assessore, in
supremæ Aragonum Coronæ sanatum cooptato, Au-
gustino Pilares, Ioanne Canales , Martino Godino Af-
fessore designato,D. Francisco Michaele de Pueyo

Referente, sub die I. mensis Marcij, laben-

tis anni 1613. Ex motiuis se-
quentibus.



N DEI NOMINE AMEN , Nouerint vniuersi
quod anno computato a Natiuitate Dño millesimo
sexcentesimo decimo tertio, dievero que cōputabatur
prima mēsis Martij apud Ciuitatē Césaraugustę Reg-
ni Aragonum in Regio Cōfilio interuenerunt magni-
fici domini Luca Perez Mārique ordinarius Assesor,
Augustinus Pilares, Ioannes de Canales, Martinus Go-
dino Regij Consiliarij ordinarij, & Franciscus Michael de Pueyo Re-
gius Consiliarius extraordinarius in locum domini Dominici Auengo-
chea Regij Cōfiliarij ordinarij pro suspecto dati, & eo absente propter
dictam suspicionem corā dictis dominis de Regio Consilio prēsentibus
fuit positus processus Dionisij Sanchez Muñoz super apprehensione in
articulo proprietatis in quo omnes dicti Domini de Regio Consilio cō-
cordes fuerūt voti, & opinionis quod att. cont. &c. tenetur, & debet pro-
nuntiare, & absoluere Iuratos concilium vniuersitatem vecinos , & ha-
bitatores Ciuitatis Turolij conuentos principales P. Hie. Passamar Pro-
curaroris , acontentis in petitione contra eos pro parte Dionisij Sánchez
Muñoz, principales Hie. Abeña & Lupertij Arcayne Procurator. in prē-
senti processu oblata, silentium perpetuum dicto Dioniso Sanchez Mu-
ñoz agenti imponendo , neutrā partium in expensis condempnando,
cett supplicata locum non hanere.

Ex eo, & alias quia licet ex deductis, & probatis in prēsenti processu,
aperte constat de dominio, & possessione Gasparis Sanchez Muñoz , iu-
bonis.

bonis apprehensis, & per eiusdem testamentum in vim fidei comissi esse vocatum Dionisium Sanchez Muñoz actorem, nepotem dicti Gasparis vinculantis, eius tamē vocationem, & successionē, apertissimis, & vrgen tissimis argumentis, excludit Ciuitas Turolij rea & conuenta, cum dicta bona fuerint executata, virtute hypothecarum ab ipsomet vinculante cōstitutarum, & in vim dicte executionis vendita Baltasari Nouella, aquo dicta Ciuitas ius & causa habet; vt hēc euidenter patent, ex litteris narratiuis à processu executionis ville, seu pardine de Escriche in præsentि processu pro parte Ciuitatis Turoli exhiuitis, quibus de foro & Iure fides adhiuenda est.

Nec sunt in consideratione plures nullitates, quæ aduersus dictā executionem, pro parte Dionisij Sanchez Muñoz proponuntur: quia illorū aliquę non allegantur in specie in processu: alię sunt friuolę & nullius considerationis: & sic omnis dubitatio consistit, circa tres principales nullitates, quarum prima de Incompetentia Iudicis executantis fuit,

Licet enim de huiusmodi nullitate in specie non sit dictum, sed tan-
tum quod sola hēc Regia Audientia, & Curia Iustitiae Aragonum priua-
tiuē potest cognoscere, de causis nobilium, & Dominorum vassallorum:
& hēc allegatio suficere, non tamen obstat hēc nullitas quia hēc exce-
tio procedit vbi seruantur fori generalis Aragonum, non autem vbi vi-
gebant fori particulares Turolij, quod autem ex processu resultet in Ci-
uitate Turolij tempore executionis prædictorum bonorum foros Turo-
lij esse in viridi obseruantia, ambo contendentes fatentur in processu &
ex consequenti Iudex ciuitatis Turoli competens fuit, respectu dicte ci-
uitatis quę tunc possidebat dictam pardinam de Escriche, & etiam res-
pectu Petri Sanchez Muñoz, tunc vicini dicte ciuitatis: præfertim cum ex-
tet foris inter alios Turolij, per quem Iudices ordinarij ciuitatis Turo-
lij, & Sancte Marie de Albarrazin, sunt competens respectu domilij, non
solum ad limites & Infantiones sed ad Comites, qui fori exhiuiti sunt in
processu, pro parte dicte ciuitatis. Ex quo patet Iudicem prædicte ciuita-
tis Turoli fuisse competentem, & potuisse mitere litteres requisitorias,
in Iuris, & Iustitiae subsidium Iudici ordinario de Escriche, vt dictā exe-
cutionem facheret dicte pardine vt bonorum dicte ciuitatis seu Petri San-
chez Muñoz vicini Turolij, ibi quæ conuenti.

Maior tamen difficultas in eo consistebat andato quod Castrum, &
pardina de Escriche, non esset de Comunitate Turolij, nec de vicij ciui-
tatis Albarrazinij, vt ex processu resultat in illius executione, essent ob-
seruandi fori generales Aragonum, eos que obseruare debuise, in exe-
cutione dicte pardine Iudicem de Escriche. Sed cum hoc pendeat expro-
batione facta in processu, concludens ea ad legitima esse debet pr̄d par-
te Dionisij Sanchez Muñoz, cum sit actor, & ei resistat præsumptio Iuris.
exquo enim dicta pardina est situata, intra limites Ciuitatis, & Comuni-
tatis Turolij, & prope ipsam ciuitatem, licet non sit de Comunitate, Ius
pressumit eam esse subiectam legibus illius ciuitatis, intra cuius territo-
rium

rium est sita, & ex processu patet, nullam probationem vel saltim concludentem fuisse aductam, pro parte Dionisij Sanchez Muñoz, ex qua resultet, tempore dictæ executionis, vigere in dicta pardina foros generales Aragonum.

Quia licet perquam plures testes deponentes de auditu, & fama in antiquis hoc sit in genere probatum, nullus tamen eorum deponit de aliquo casu spetiali, denotanti actū Iurisdictionalem Iuxta foros Aragonum, quod necessarium erat, maxime in materia Iurisdictionali, quæ dependet ex diuersitate actuum.

Nec nos mouēt instrumenta producta pro parte dicti Dionisij, quia ex ipsis ad obseruantiam fororum generalium Aragonum nihil infertur, & licet ex donatione Canonici Garcie Martinez de Marzilla eiusque insinuatione, dictus Dionisius pretendat obseruantiam fororum Aragonū resultare, & in ea fidantiam de saluo, & insinuationem factam fuisse iuxta foros Aragonum: ex illa non inducitur præsumptio, cum facta fuerint in ciuitate Turolij, & ibi iuxta eius foros in donationibus est dispositum quod obseruetur forus Aragonum Regis Martini, qui incipit (ad oian-dum) & per eosdem foros Turolij, sit dispositum, quod in venditionibus, & alienationibus daretur fidantia salutatis.

Nec instrumenta producta pro parte dicte Ciuitatis in articulo litis pendentiæ per quæ constat plures Iudice pardine de Escriche iurasse, seruaturos foros Aragonum, in principio sui officij, aliquid influunt, contra ipsam, nec dicto agēti in aliquo refragantur cum hęc omnia sint, post tempus executionis, & non sit actus uniformes; quia aliqua inter illa reperiuntur instrumenta, per quæ patet, Iudices iurasse, seruaturos foros simpliciter, aliud vero, in quo Iudex iurauit seruare foros Hispaniæ; unde cum Dionisius sit actor, & hanc exceptionem non plene probauerit, merito ciuitas ut rea venit absoluenda. Pręsertim attenta ipsius probatione, quæ licet respectu testium deponentium de auditu, & fama in antiquis, sic minor numero, extant aliqui testes deponentes casus speciales, & instrumenta plura exhibita in processu. Inter quę estant instrumenta potestatis Canonici Garcie Martinez de Marzilla, & possessiones Gasparis Sanchez Muñoz, per quę constat, datam fuisse possessionem corporalem dictę Pardine, Gasparis Sanchez Muñoz quod necessarium non erat, iuxta foros Aragonum, sed tamen pr̄cisum iuxta foros Turolij. Idemque coligitur ex pr̄dicto mandato Garcie de Marzilla; quę instru meta cum sint producta pro parte Dionisij Sanchez Muñoz, ipsi noscere aperi, & induxit iuris est; maximè, cum de contrario aperte per eundem actorem, probatum non fuerit; quibus consonant plura alia instrumenta exhibita pro parte ciuitatis Turolij, & fori eiusdem ciuitatis, ex quorum Rubrica, sepius repetita, & ex dispositione aliquarum legum, in dicto volumine contantarum, manifeste patet, in dicto territorio siue circuitu Ciuitatis, & Comunitatis Turolij, vsque ad incorporationem cum legibus generalibus Aragonum, semper, obseruatas fuisse leges particulares

lares dicti territorij non obstante quod partes in presenti processu, intē-
dant probare, aliquas villas separatas à comunitate, licet intra finis co-
munitatis earum q[ui] aliquas intendere in exercitio iurisdictionis foris
Aragonum, alias verò foris Turoli, nam & si probant aliquid non tamen
de actibus concludētibus. Vnde resultat verissimā esse rationem prohe-
mialem incorporationes exhiuite, pro parte dicte ciuitatis: in qua narra-
tur in dicto territorio Ciuitatis, & Comunitatis Turolij esse magnam,
in obseruatione legum, ambiguitatē, & in certitudinem, ita ut nihil cer-
tum possit diffiniri.

Nec secunda nullitas, consistens in omissione investigationis bonorum mobilium ciuitatis, aliquid obstare poterit, cum ex litteris narratiuis in processu exhibuitis, constet, factam fuisse, in bonis mobilibus Petri Sanchez Muñoz, vt heredis Gasparis obligati, & certissimum sit nō esse necessariam inuestigationem in bonis eius qui monitus est, vt possessor rei specialiter obligatae, pro vt erat ipsa ciuitas.

Tertia tandem nullitas pro parte Dionisij actoris, deducebatur ex fo-
ris Turolij. Secundum quorum dispositionem, etiam videbatur dicen-
dum, dictam executionem fuisse nullam, cum esset debito fini tradendā,
intra duos annos, & sint transacti quatuor, & aliqui menses dempto tem-
pore euocationis dicti processus, executionis obtente, per honoratum
Sanchez Muñoz, sed tamen huiusmodi nullitas non fuit in spetie allega-
ta, pro vt de iure oportebat, in præsenti processu, aduersus quam si fuif-
set multa possent infacto cōsistentia pro parte ciuitatis opponi alias enim
remaneret in defensa. Et casu quo esset in spetiē articulata, secundū dis-
positionem dictorum fororum Turolij, & Iuris communis terminis duorū
annorum ad faciendas executiones inteligitur. (Saluo justo impedimen-
to) quod autem in dicta executione fuerit Iudex impeditus, patet cum
intra sexdecim menses, facta graduatione creditorum, fuerit per Hono-
ratum Muñoz interposita appellatio, ad Iudicem diei Veneris, & cum
hoc impeditus causam prosequi, maxime cu m dictus forus de prima, &
non de secunda instantia intelligendus sit, illa que per entregam siue exe-
cutionem, & creditorum gradnationem perfecta fuit.

Quibus omnibus, & alijs quam plurimis bene & attente perpenfis, &
consideratis, sic pronuntiandum censemus, non obstantibus alijs nullita-
tibus pro parte Dionisi Sanchez Muñoz propositis, & allegatis, quibus
tanquam friuolis non fore satisfaciendum visum est.